Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67419-p0001-6

52

RECTOR
ET CONSILIUM PERPETUUM
IN ACADEMIA LIPSIENSI.

VT navigantes, qvando ſemel in ſcopulum aliqvem infeſtum impegerunt, ne bis ad eundem, ſummo ſtudio cavere ſolent: Ita qvi literarum pelago ſeſe commiſerunt, & aliqvando gravius impegerunt, ut propter commiſſa delicta pœnas exemplares dare coacti fuerint, ne bis eaſdem incurrant, enixè cavere debent. Præterqvam enim qvod maximus interdum cautor captus ſit, occaſiones malefaciendi minimè cogitantibus, præcipuè in ætatis lubrico poſitis, multoties obrepunt. Verùm non deſunt etiam in hoc ordine vel Phryges, vel piſcatores, qvi licet aliqvoties icti fuerint, minus tamen ſapiunt, ſed, qvam ſemel fuerunt orſi, neqvitiæ telam pertexunt, non deſiſtentes ab opere, donec infortunium aliqvod ſtamen abrumpat. In ſpem qvidem eam erigebamur, cùm ante triennium (Calendis Apr. anni 1660.) propter vexationes & exagitationes recens in Academiam ingreſſorum, nec non contumaciam adverſus Magiſtratum ad unius anni ſpacium ex hoc loco

JOHANNES ZACHARIAS SCHAPPERUS, Jenenſis

relegaretur, fore, ut hæc παθήματα ſint μαθήματα, & ipſe ad frugem meliorem hâc correctione revocetur, ſed ecce! ſemetipſo deterior factus, poſtqvam intereaper tot Sereniſſimorum & Celſiſſimorum Electorum & Principum Evangelicorum edicta ſeveriſſima deteſtandus & ad orcum relegandus Pennaliſmus abrogatus eſſet, is unà cum fratre ſuo

VVOLFFGANGO PHILIPPO SCHAPPERO, Jen.

novis exactionibus & exagitationibus juniorum in collaterali programmate fuſiùs deſcriptis, eidem exareſcenti frigidam ſuffundere nullus erubuit. Qvare cùm inclyta Salana par iſtud fratrum propter commiſſum delictum ad biennium relegaverit, nos propter confœderationis commune vinculum

Te *VVOLFFGANGUM PHILIPPUM* }
Te *JOHANNEM ZACHARIAM* } *SCHAPPEROS, Jenenſes*

ex hac Philyrea itidem ad biennium relegamus, ne intra dictum temporis ſpacium pedem in hunc locum inferatis, niſi pœnam vobis exaſperari velitis, præcipientes. In hoc exemplum Fautores Pennaliſmi, ſive clandeſtini ſint, ſive apertiores, non eruditionis augendæ, ſed exercendæ malitiæ causâ utplurimum Academias ingreſſi, emiſſitiis qvadantenus oculis intueantur, & ſi virtutis amore nolint, formidine ſaltem pœnæ ad frugem meliorem ſeſe recipiant, niſi criminibus juncti pœnas eaſdem cum SCHAPPERIS dare velint.
P. P. ipſis Id. Sept. anno 1663.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67419-p0003-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67419-p0004-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67419-p0005-8

RECTOR
ET CONSILIUM PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.

VT navigantes qvando ſemel in ſcopulum aliqvem infeſtum impe- [illegible]
[illegible] elago ſeſe
[illegible] pœnas ex-
[illegible] ræterqvam
[illegible] nimè cogi-
[illegible] n deſunt
[illegible], minus ta-
men ſapiun [illegible] nec infor-
tunium alic [illegible] endis Apr.
anni 1660.) propter [illegible] contumaciam
adverſus Magiſtratum ad unius anni ſpacium ex hoc loco

JOHANNES ZACHARIAS SCHAPPERUS, Jenenſis

relegaretur, fore, ut hæc παθήματα ſint μαθήματα, & ipſe ad frugem meliorem hâc correctione revocetur, ſed ecce! ſemetipſo deterior factus, poſtqvam intereaper tot Sereniſſimorum & Celſiſſimorum Electorum & Principum Evangelicorum edicta ſeveriſſima deteſtandus & ad orcum relegandus Pennaliſmus abrogatus eſſet, is unà cum fratre ſuo

VVOLFFGANGO PHILIPPO SCHAPPERO, Jen.

novis exactionibus & exagitationibus juniorum in collaterali programmate fuſiùs deſcriptis, eidem exareſcenti frigidam ſuffundere nullus erubuit. Qvare cùm inclyta Salana par iſtud fratrum propter commiſſum delictum ad biennium relegaverit, nos propter confœderationis commune vinculum

Te *VVOLFFGANGUM PHILIPPUM*
Te *JOHANNEM ZACHARIAM* } *SCHAPPEROS, Jenenſes*

ex hac Philyrea itidem ad biennium relegamus, ne intra dictum temporis ſpacium pedem in hunc locum inferatis, niſi pœnam vobis exaſperari velitis, præcipientes. In hoc exemplum Fautores Pennaliſmi, ſive clandeſtini ſint, ſive apertiores, non eruditionis augendæ, ſed exercendæ malitiæ causâ utplurimum Academias ingreſſi, emiſſitiis qvadantenus oculis intueantur, & ſi virtutis amore nolint, formidine ſaltem pœnæ ad frugem meliorem ſeſe recipiant, niſi criminibus juncti pœnas eaſdem cum SCHAPPERIS dare velint.

P. P. ipſis Id. Sept. anno 1663.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67419-p0006-4